



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Certamen S. Martyris Mercurij: Vt refert illud Baron. in Annal. Tom. 2. Anno
Christi 254. Decij Imp. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

phagis hac occasione apertis, eadem Dei magnalia vidimus. Pili herbarum in ipsis cæspitibus adhuc rigeabant sicci tamen sed concreto sanguine integri & rubei tenebantur. Totus cinis carnis & ossium, quasi calx nouiter fusa, candebat per totum sarcophagum. O quoties ibi cantatum multis cum lachrymis fuit. Et in sanguine Agni lauerunt stolas suas. O quoties repetitum: Lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine Agni. Tandem collectus est cinis & cæspes simul sanguineus in puluerem resolutus: susceptusque in munda palla & preciosa in alio scrinio maiore recõditus est. Vniuersæ autem reliquiæ fuere: Vestes eius crasso sanguine, sed sicco graues. Balteus eius militaris de nigro corio vnius penè vlnæ longitudinis. Nodus ferreus ad modum oui rubigine propè consumptus; quæ capulum gladij eius fuisse credimus: quæ omnia studio & deuotione Hermanni eiusdem monasterij Præpositi translata sunt.

Item inuentio aliorum trium.

Apocal 7. Ibidem.

Derebus eius in Iuliano Apostata præcære

gestis meminit Sozomenus, licet nomen eius non

exprimat.

Hist. Eccl.

lib 6 c. 2. vt

Notat Baron. in Martyr. Rom.

25. Nouè.

** alias Martens.*

tensis.

tensis.

CERTAMEN S. MARTYRIS MERCURIJ: *Vt refert illud Baron. in Annal. Tom. 2. Anno Christi 254. Decij Imp. 2.*

CAESAREAE in Cappadocia inter alios insignes Martyres Mercurius profide Christi nobile certamen exegit: cū prius egregia nauata opera in bello aduersus Persas, ab eodē Imperatore fuisset honoribus auctus, vt ordinum ductor fieret. Hic natus patre Gordiano Primicerio Legionis * Fretensis, Christiana fide imbutus & angelica visione roboratus, ingētem de Persis victoriam conse-

Q9

cutus,

*Causam dicit
sorâ Decio.*

*Nota lector
sanctos in
caelis non ig-
norare que
in terra fi-
t.*

*Ioan. Da
mafc. de I. 2.
mag orat 1.*

** Fuit in S.
Basilium.*

*De his vide
Baron. An-
nal Tom. 4.*

*Iuliani Imp.
Anno 2.*

** al. A Bea-
terine &*

Hecaterine.

*Vide Tom.
3. Annal. C.*

*Baron.
25. Nouê.*

** Maximi
no, lezêdum.*

*Ruffinus hâc
iplam nomi-
nat Doris*

*theam: nam quôd Hecaterinæ ab Hecate nomen deriuatum, esse vide-
tur, id illi fuisse indium apparet cum adhuc Gentilis esset. Factam autem
Christianam, mutasse nomen ac dictam esse Doris theam, sed priori nomi-
ne magis notam Hæc Baronius eodem Tomo.*

*theam: nam quôd Hecaterinæ ab Hecate nomen deriuatum, esse vide-
tur, id illi fuisse indium apparet cum adhuc Gentilis esset. Factam autem
Christianam, mutasse nomen ac dictam esse Doris theam, sed priori nomi-
ne magis notam Hæc Baronius eodem Tomo.*

*theam: nam quôd Hecaterinæ ab Hecate nomen deriuatum, esse vide-
tur, id illi fuisse indium apparet cum adhuc Gentilis esset. Factam autem
Christianam, mutasse nomen ac dictam esse Doris theam, sed priori nomi-
ne magis notam Hæc Baronius eodem Tomo.*

cutus, delatus à Catulo Consulare, quod Chri-
stianus esset, à Decio vocatus causam dixit ma-
gna constantia: cuius rei occasione multa pas-
sus, demùm capite truncatus, corona martyrii
insignitus de impietate & perfidia illiberata
Principis triumphauit. Hic ipse sequenti seculo,
quo ostenderetur sanctos martyres in caelis
viuere, & in necessitatibus eos inuocantibus
præstò esse, pro Christiana religione aduersus
apostaram Iulianum pugnâsse repertus est. Cui
enim impius ille in Ecclesiam grassaretur, &
vir quidam * pietate insignis Dominæ nostræ
adstaret imagini (in qua etiam Mercurij cele-
bris martyris figura descripta erat) supplicans
vt impius Apostata è medio tolleretur, mor-
quid euenturum esset, visione didicit. Vidit e-
nim martyrem ad exiguum tempus obscurus
nò multo autem post hastam cruentam tenen-
tem; cuius iaculo Iulianum traiectum fuisse
constans est opinio.

MARTYRIVM S. ET CLARISSIMÆ
Virginis * Catharina: Ex eo quod est apud Si-
meonem Metaphrasten. Passa est anno Christi
307. Marcelli Pap. 4. Constantini Imp. anno 2.

IMPERANTIA impio * Maxentio, terribili
per vniuertum imperiũ edicto, ab eo cau-
tum est, vt omnes insolita & noua quadam
sacrificiorum magnificentia, suam in deos re-
ligionem, cultumque declararent. Agebat is

Alexan-